



compendia 1, bona vacantia 2, & que ut ab indignis 3, legibus auferuntur, nisi 4 quae specialiter quibusdam conceduntur: bona contrahentium in ceteris 5 nuptias, condemnatorum 6 & proscriptorum 7, secundum quod in novis 8 constitutionibus cautur, angustiarum 9, parangariorum, & plautiarum 10, & narium praefationes, & extraordinaria 11 collatio ad felicissimum regis nuntius expeditionem, potestas constituendorum 12 magistratum ad iustitiam expediendam, argenteae 13 & palatia in 14 civitatibus consecrati: pascuorum 15 redditus & salinarum 16, & bona committentium crimen majestatis 17, & dimidium 18 thesauri in loco Caesaris inventi, non data opera, vel loco religioso: si data opera, totum ad eum pertinet.

TIT. LVII. QUOT TESTES SUNT NECESSARI AD PROBANDAM FEUDI INGRATITUDINEM.

Ad probandam ingratitudinem delicti, quinque testes requiruntur idonei, opinionibus integris, & manifeste probantes. Bald.

Imperator HENRICUS August. Univerfo populo &c.

SI vassallus inhonestis factis atque indecentibus machinationibus dominum suum offenderit, insidiisque eum clandestinis vel manifestis appetiverit, vel inimicus 18 ejus suas amicitias copulaverit, atque in alius sic 19 versatus est, ut potius inimicus quam fidelis esse credatur, vel si eum concubaverit 20, seu in campetri bello suum dominum reliquerit: feudo privatur. Quod non obtinere sancimus, nisi quinque 21 testibus summe atque integre opinionis probatum fuerit manifeste. Dat. 22 8. Idus Augusti feliciter.

TIT. LVIII. DE 23 NOTIS FEUDORUM.

NOTandum est in feudo quod de camera 24 seu camera dicitur, non debere dari nisi 25 cum sit in camera, vel camera, unde solvi possit: vel si ita evacuata sit camera sine culpa promissoris, expectandum est, donec iterum de camera vel de camera dari possit. Dominum autem feudi dare posse intelligitur, omni 26 aere alieno deducto. Non enim equum est quem videre egentem, quem prius habuit in conjugem 27, [vel amicum.]

Quod 28 autem pares tantum debeant interesse investiturae feudi, & non alii: hoc tunc 29 verum est, cum dominus vassallos alios 30 habuerit. Alioquin adhibeat dominus quos meliores poterit, liberos tamen argumentatione legis de ultimis voluntatibus, in Lombardia 31 scilicet illa quae dicit, Si quis donationem facere voluerit de suis rebus alicui, vel investituram: adhibeat sibi de parentibus 32 suis (& per eandem legem jurant) duos testes idoneos, vel tres, vel plures. Pluralis enim locutio, duorum 33 numero contenta est.

Tem 34 sciendum est non esse impedimentum investiturae, esti investituram faciat de re quam communem 35 dominus habeat eum aliquo: quia si sponte dividere voluerit ille cum quo habet rem communem, qui investituram potest cogere 36 per iudicem ille qui investituram, ut dividat. Item heredes ejus necesse 37 habent tenere firmam investituram quam pater fecit. Item eadem 38 lege & eodem 39 iure debet habere rem iste qui investituram: quia habet qui eum investituram, cum coherede suo, scilicet 40 ut ademptio 41 percurat usque ad quadraginta annos. Item investituram per se, vel per suum 42 nuntium dari & accipi potest, quae omnia supradicta colligi possunt per supradictas LL. Longobard. titulo de ultimis voluntatibus. l. si quis. & C. communi dividundo. l. 1. & 2. [Idcirco 43 pares necessarii sunt in instrumento investiturae, & non alii: ne quid excogitetur falsitatis in perniciem domini, aliis testibus inductis, corruptis forte pecunia, vel odio, vel gratia: quae non 44 sunt suspicanda in paribus.]

SI 45 instrumentum 46 diceretur falsum a domino: daretur 47 defensio vassallo qui instrumentum ad se deferret: ut in Lombard. 48

qualiter quis se defendere debet l. de chartis. & auferretur domino, qui veritatem noverit, & iniquum erit si aliquis ex dono suo conveniat. Domini est defensus de ordine 49, cum vassallo non possit. Notandum est quod de ordine controversia quae inter dominum & vassallum oritur, si pares veritatem noverint, omnino cogi debere a domino & 50 paribus dicere veritatem, omnino cogi se necesse, cum sciant, & vassallus potest: dominus eos cogit jurare, & veritatem dicere: ut C. de testibus. l. si quando. & in Lombard. ut iudex unus, &c. & in titulo qualiter quis se defendere debet. l. si qualiscunque causa, & tit. de testibus. l. ut quicumque. & l. ut.

Um 52 datur 53 domino defensio de investitura, quae dicitur esse facta: jurare debet se investituram non fecisse. Cum 54 vero datur successori ejus, jurare debet se non credere investituram factam esse ab antecessore suo. Si qua investitura facta esse dicitur, semper debet nominare 55 dominum a quo investitura facta dicitur, cum multum discrepet sacramentum heredarium a principali sacramento. C. de rebus cred. & jurjurando. l. 1. & l. generaliter, & ut habes de rotore qui jurat quod credit & existimat: ut C. de jurram. calum. l. 2. de conscientia 56 enim sua iurare debet, & non de alieno facto (cum iniquum sit aliquid iurare de alieno facto) heres vel successor, nec etiam filius, ut l. item amotum. l. Marcellus. sed contrarium reperitur in Lombard. quia licet filius minorum virtutem habeat quem pater, tamen debet praefere iurare patrem suum non fuisse debitorem, ut in Lombard. qualiter quis se defendere debet l. si contigerit.

Hic est finis feudorum in editione enlgata. Sequuntur fragmenta sive extraordinaria capitula, quae doctissimus Cujacius restituit ex Arduone & Alavaro usque ad finem libri quarti. Ac deinde liber V. ab eodem Cujacio confectus ex variis Imperatorum diversorum feudilibus constitutionibus.

TIT. LXXIII. DE ALIENATIONE FEUDI.

Ummopere mandare curamus, ut si quis aliquem de beneficio investiverit, quod ille qui investituram fuerit, non potest per proprium vendere, nec 57 pro viliissima re locare, nec in feudum, nisi majorem partem apud se retineat: & si in desperatione filiorum fuerit, nulla ratione, nec quolibet modo dare potest. Quae omnia si facta fuerint, nullius momenti erunt: & eo defuncto, omnia ad priorem dominum revertuntur, & si dominus conquisit fuerit paribus, pares ad eum rationibus intra anni spacium expedire faciant, vassallo non faciente satisfactionem, domino tunc possessionem, falsis suis rationibus: nisi diffinitum promeruerint sententiam.

TIT. LXXIV. DE FEUDIS SCUTIFERORUM 48.

Euda scutiferorum, ut ad 59 libitum dominorum possint adimji, rationis non est, dum tamen serviant feudum laudationem curiae.

TIT. LXXV. DE CONDIIONE FEUDI NON IMPLETA.

Uter condicionalia 60, & non condicionalia aliqua fit differentia, dicimus, quod si quis alicui dederit beneficium condicionaliter (utpote quae datur propter habitationem) 61 deserta habitatione beneficium amittitur, & etiam cum certo constitutum servitio, non dato servitio non poterit retinere beneficium.

TIT. LXXVI. DE FIDELITATE.

Quoniam de fidelitate mentionem fecimus, super ea aliquid summatim discipiamus. Si beneficium est sine 62 fidelitate, & vassallus aliquid, quod fit contra suum dominum, fecerit, amittit beneficium laudatione parium: hoc idem dicimus in his, qui fidelitatem jurant. Si cui militi fidelitas requisa fuerit a domino,

dominus secundum quosdam librum militi ostendere debet, & miles eam facere debet vel parium laudationi stare intra annum: quod nisi factum fuerit, miles secundum quosdam de beneficio damnari potest, quod contra preceptum domini Lotharii I. regis Fapiae datum videtur. Librum autem quod vassallus ostendi solet, non necessitate fieri, sed voluntate. Est enim quoddam signum requisitae fidelitatis memoriae causa. Et venit aliquando ut vassallus dicit domino se factorem fidelitatem, quam pares laudaverunt, tunc non perdit beneficium, si fiat per dominum, quod facit curiam. Qui fidelitatem jurant, si voluntate utrorumque separatio facta fuerit, fidelitas finitur: si sua voluntate vassallus vel iudicio parium feudum dimittit, fidelitas durat.

TIT. LXXVII. SI PLURES SINT DOMINI VEL VASALLI, AN PLURES 2 FIDELITATES VEL SERVITIA DEBEANTUR.

Um plures fratres vassalli paternum habent beneficium, donec illud indivisum possident, una fidelitas, & unum servitium domino fieri debet: Si vero partium 3 fuerit, quot partes, tot erunt fidelitates. Servitia vero non pro partibus, ut unum primum, videlicet graviora, sed pro quantitate beneficii moderanda. Plures autem domini, est feudum inter se dividant, nullo modo nisi unam fidelitatem ex feudo habere poterunt. Servitium vero omnibus non gravitate, sed moderamine sciendum est.

TIT. LXXVIII. CULPAM 4 UNUS EX COHEREDIBUS CETERIS NON PRÆJUDICARE.

Um feudum hereditarium uni ex coheredibus propria culpa auferretur a paribus per iudicium, ceteris non praedicit. Hoc autem ita intelligitur, ut vivo 5 eo, vel suis 6 heredibus feudum ad ceteros venire non intelligatur.

TIT. LXXIX. UTRATIO VASALLI PRIUSQUAM 7 DOMINI DISCUTIATUR.

SI contentio fuerit inter dominum & vassallum, & dominus habere aliquid rationem contra vassallum, & vassallus contra dominum, vassalli ratio prius discutitur: quoniam pares majorem 8 jurisdictionem habent de 9 suo pari, quam de suo domino.

TIT. LXXX. DE EVICTIONE.

Generaliter verum est in feudis dominos 10 de evictionibus teneri, at si quis sciens 11 investituram alterius beneficii acquireret, eo evicto nullam adversus dominum vassallum actionem habere dicimus, quoniam in acquirendo malam habuit fidem.

TIT. LXXXI. DE FEUDIS IMPROPRIIS 12 QUAE AUFERUNTUR 13 DANTIS ARBITRIO.

Um quidem non minus utile, sed satis congruum superioribus adversi, & ex comprobato 14 usu in scriptis bono arbitrio reducere procurari. Si quis igitur pro vice dominaria 15 vel villicaria, ut dicam, pro decania 16, vel alius quiscunque angustiaris feudum quod improprium est, acceperit, nisi specialiter hoc actum fit inter contrahentes, id est, nominatum feudum cum honore feudis: & ita, ut non liceat domino auferre quod datum fuerit, etiam si administratio illa auferatur, quod datum penitus ablata administratione sine omni obstaculo auferre liceat. Si autem quod imperius dictum est, probare conetur, & quodammodo possidere vassallus quibusdam creditur: non jurjurando decidi oportet, sed testibus vel instrumento alius legitimis probationibus causa firmiter approbetur.

TIT. LXXXII. PRIUS 17 POSSESSIONEM RESTITUENDAM ESSE QUAM DE PRINCIPALI CAUSA AGATUR.

SI qua contentio de beneficio inter aliquos (propterea fieri solet) orta fuerit, si unus dominus vel loco domini habeatur, & alter vassallus vel loco vassalli habeatur: si per pares secundum usum regni iudicium ventiletur, primo 18 de suo recto beneficio investiri debet, & si possessio aliqua perturbata fuerit, modo restitui debet.

TIT. LXXXIII. SI UNUS EX FRATRIBUS DEDERIT 19 SUAM PARTEM FRATRI, VEL DOMINO VEL EXTRANEO.

SI alter ex fratribus 20 quo patrum 21 habet beneficium, suam portionem dederit domino vel alicui extraneo: dominus vel extraneus tandiu 22 teneat sine praedicio, quamdiu ille, qui dedit, heredem masculum habuerit: si vero sine herede decesserit,

1 tit. 52. sup. eod. 2 tit. 55. l. 1. §. 3. eod. 3 Feudum potest dividi. ut hic. non tamen regale. tit. 55. l. 1. in fin. 4 tit. 93. §. 1. eod. tit. 22. §. 2. eod. 5 tit. 83. §. 1. eod. 6 tit. 98. sup. eod. 7 Ad iudicium ordinem ad pertinet, ut & titulus 82. sup. eod. 8 Vid. tit. 22. in fin. §. 2. eod. 9 Id est, tam in suum contrarium, quam in suum dominum. 10 tit. 5. §. 2. §. 4. sup. eod. 11 tit. 57. §. 96. §. 1. eod. 12 tit. 48. §. 1. eod. 13 tit. 74. §. 1. eod. 14 tit. 94. §. 1. eod. 15 §. 1. eod. 16 tit. 2. §. 11. 17 Ex eodem nulli sumitur decem. tit. 93. §. 1. eod. 18 Dixi l. feud. 2. §. 1. eod. 19 Dicitur, quidam in lege. Ceterum Decanus Longobardorum & Gallorum legibus, non tantum est qui in militia, de curia imperat: sed & qui domi iudicandi munere fungitur, ut ad vocatus, centenus, millenarius, quingentarius. 20 Dixi tit. 2. §. 1. sup. eod. 21 De feudo a patre relicto. vid. tit. 13. sup. eod. 22 De quo vid. tit. 50. sup. eod. l. feud. 2. §. 2. 23 Longa non XXX. annorum ut tit. 9. §. 1. §. 2. §. 3. eod. l. feud. nisi. add. tit. 88. §. FEUDOR.

alter frater si vixerit, vel ejus heres sine illo obstaculo & temporis praescriptione 23 beneficium, quod hereditarium 24 est, vindicet a quocunque possidente. Hoc idem dicimus, & si frater fuerit, & alter ab altero ex fratribus acquirerit: hoc enim verissimum est uti comprobato didicimus.

TIT. LXXXIV. PATREM 25 IN FEUDO FILII NON 26 SUCCEEDERE.

Quoddam usui traditum recordationis causa in scriptis ponere procuravi. Si quis igitur habens filium, & post mortem dominum investire fecerit, nisi 27 nominatum cum dominus factus fuerit, ut si filius decesserit ante patrem, quod feudum ad patrem revertatur: dicitur defuncto ante patrem filio, patrem carere beneficio, & domino adquiri beneficium.

TIT. LXXXV. DE INVESTITURA FACTA MARITO VEL UTRIQUE CONIUGI.

SI maritus de feudo sine uxoris investiturae absente, nisi nominatum quasi gerendo 28 uxoris negotium investituram: sibi acquirat feudum ea scientia vel jubente. Si vero uterque 29 investituram, pro parte sibi proficiunt: nisi cum jam dicta distinctione factum fuerit, & dicimus etiam, ut si unus ante alterum sine herede decesserit, quod alterius 30 pars domino adquiratur.

TIT. LXXXVI. DE FRUCTIBUS 31 FEUDI.

Num quidem satis usitatum dicimus, quod si aliquis decesserit nullo in feudo relicto herede, jus feudi ad dominum pertinere dicimus: Fruges autem extantes non ad dominum, sed ad filias ipsius vassalli, vel etiam ad uxorem ejus pertinere, & hac ratione creditor 32 eas retinere potest: licet pignus habere non possit: & hoc cum distinctione Imperialium Constitutionum.

TIT. LXXXVII. AN PRÆSCRIPTIONE 33 FEUDUM ADQUIRATUR.

IN beneficiis ut in ceteris contractibus, praescriptiones currere satis humanum, & rationi congruum videtur. Si quis ergo feudum alienum bona fide ab aliquo iusta traditione acceperit, licet dominus non sit, cum verus dominus in traditione putetur, longi 34 temporis praescriptione jus sibi acquirat. Si vero malam 35 fidem habuerit, nulla fe poterit tueri praescriptione, nec etiam de evictione agere poterit.

TIT. LXXXVIII. DE PROBATIONE INVESTITURÆ.

DE ingressu 36 curiae a quibusdam varia ac diversa putantur: nos autem, quod saepius ac rationabiliter in multis curiis & civitatibus intelleximus, in scriptis bonae recordationis causa inferre procuravimus. Quicumque igitur beneficium per investituram acquirerit sine possessionis traditione, pares ad investituram habeat, ut pro ipso veritas discernatur, cum controversia inde fuerit. Sane si possidet, aliis quibusdam adjuvatur adminiculis. Veruntamen quia milites inopes vassalli sunt, per testes vel per breve testatum probatio satis competens esse dignoscitur.

TIT. LXXXIX. CONDITIONEM TACITE FEUDUM SEQUI.

Beneficia condicionalia 37, quae in majoribus curiis a veteri tempore esse noscuntur: utpote Patriarcharum, Archiepiscoporum, Abbatum, Abbatiarum, Ducum, Marchionum, Comitum, Capitaneorum, sive etiam majorem valvarum, si duobus, tribus vel deinceps aliis dantur vassallis, tacite 38 conditiones eos sequuntur, nisi nominatum in ipsis traditionibus ipsae conditiones expiantur. Hoc idem etiam de his conditionibus ipse conditiones expiantur. Hoc idem etiam de his conditionibus ipse conditiones expiantur. Hoc idem etiam de his conditionibus ipse conditiones expiantur. Hoc idem etiam de his conditionibus ipse conditiones expiantur.

TIT. XC. FRATREM FRATRI IN FEUDO NOVO 40 NON SUCCEEDERE.

SI duo fratres in heredem masculos & feminas de beneficio investituram acceperint, altero decedente filia relicta, nepiem cum patruo ad feudum venire dicimus: cum unusquisque 41 fratrum suae sibi solae consuluit. Si enim frater suus sine ulla progenie decesserit, feudum non ad superitem, sed ad dominum perveniet: nisi pactum de successione factum foret.

TIT. XCI. DE INVESTITURA VETERIS ET NOVI BENEFICII.

Beneficium intelligitur de veteri 42 & novo: & cum de veteri licet investituram, factis sit si de recto 43 beneficio facta investitura, sive seculari sive ecclesiastica, si antiquitus 44 eorum consuetudo fuerit, haec secundum quosdam, & a feminis, & a minore 25, ann. fit.

24 Paternum feudum hic dicitur hereditarium. Interpretibus hereditarium est quod quis habere non potest, nisi filius heres. 25 Tit. 50. §. 1. eod. 26 Excepit casum qui nunc sequitur. 27 Patre contra facta fiducia filium de feudo investituram filio succedat: alius non succedit. d. tit. 50. §. 1. eod. 28 Per gelorum potest investituram accipi, ut hic & per munition. tit. 55. §. 2. §. 3. eod. per procuratorem. tit. 3. §. 1. verbi. sed utrum. §. eod. 29 Tit. 104. §. 1. eod. l. feud. 1. §. 1. eod. 30 Et ita iuri aduersarij hoc casu loqui non debent. 31 Adde tit. 28. §. 3. §. 4. §. 5. sup. eod. 32 tit. 45. sup. eod. 33 Praescriptione triennali feudum acquiritur. sup. tit. 9. §. 1. in fin. 26. §. 4. l. feud. tit. 34. XXX. antequam, alius non currit praescriptio. vid. tit. 83. sup. eod. 34 Tit. 80. sup. eod. tit. 96. sup. eod. 35 14 est, de quibusque vassallis & paribus. 36 Quibus adjecta est conditio aliqua. tit. 2. §. 2. tit. 76. sup. eod. 37 Qualitas fundi, fundum tacite sequitur. 38 Vid. tit. 105. sup. eod. 39 Alibi in patrum. l. feud. 2. §. 1. §. 2. tit. 20. §. 1. eod. 40 De quo vid. tit. 20. §. 43. De quo vid. tit. 20. §. 44. l. feud. 1. §. 45. de tit. 5. §. 6.